




IN GENESIN MOSIS

Prolegomena.



ITIMÆVS apud Platonem non solum recte monuit, quoties aliquid siue magnum siue paruum aggredimur, ante omnia Deum esse inuocandum, sed & ipse de uniuersi huius mundi generazione verba facturus, licet fabulosa, Deos Deasque omnes inuocabat, & obtestabatur, ut si b i darent ea dicere quæ auditoribus forent grata, & viderentur consentanea; satis indicans, non esse ingenij humani tanta mysteria explicare, nec quæ erat dicturus, vero esse consentanea: Quanto magis nobis, qui sanctissimam & verissimam quidem, sed ab omniratione, memoria, & sensu humano remotissimam historiam de prima rerum origine, creatione & propagatione ex diuinis scripturis explicare aggredimur, versus ille impieges cœli & terræ D E V S, pater Domini nostri I E S V C H R I S T I, intimo cordu affectu est inuocandus, ut nō solum vobis grata & consentanea, sed & salutaria Deoque gloria ex Scripturis diuinis proferre possimus. Sic igitur ante omnia Deum inuocemus.

Omnipotens æterne & misericors Deus, cuius verbum est lucerna pedibus nostris, & lumen semitis nostris, aperi & illumina mentes nostras, vt sanam verbi tui doctrinam recte intelligamus, & in ea quæ intellexerimus, à Spiritu tuo transformemur, maiestati tuæ nulla ex parte displiceamus: per D O M I N U M nostrum I E S U M C H R I S T U M. Amen.

Antequam vero ad institutam libri Geneseos interpretationem accedam, ne illotis, quod aiunt, manibus argumentum tam sanctum tamque arduum aggrediamur, pro more prolegomena quædam, ad illustrandam futuram interpretationem, præmittenda duxi.

- I. De Authore libri, à quo & quando sit scriptus.
- II. De titulo & argumento libri, & quid Genesis à Timæo & Critia Platonis differat.
- III. De Chronologia Geneseos.
- IV. De partitione libri.
- V. De utilitate libri.
- VI. De interpretandiratione, quam sequemur.

I. De